



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Lilivm Inter Spinis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, 1627**

Cap. XLIX. De expositione Cantici canticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

ORDINIS PRAEMONST. 159  
vidit, testimonium perhibuit de his:  
& scimus, quia verum est testimo-  
nium eius. Accedamus & nos corde  
quo possumus; & comprehendamus,  
si possumus, quale Domino holocau-  
stum, illo sub tempore, fuerit spiritus  
IOSEPH: quanto illum igne Spiritus  
sanctus inflammauerit, cum ille cami-  
nus interior intus in corpore non po-  
tuerit latitare.

## CAPVT XLIX.

*De expositione Cantici canticorum.*

**H**ABEMVS etiam Fratris alterius  
testimonium ( siquidem sancti-  
tas viri virorum testimonijs astruen-  
da) sed necessarium est vt præmittam,  
quod ab ipsius IOSEPH mihi rela-  
tione compertum est. Cœperat expo-  
nere, & exposita in scriptum redigere,  
Cantica canticorum; mirantibus no-  
bis, & intra nos, & inter nos, aut præ-  
sumptionem, aut simplicitatem eius  
accu-

\*MS. de-  
rat iuxta.

accusantibus vehementer. Nondum enim plurimi noueram vitam & facta viri, \* iuxta institutionem ipsius Domini I E S V, aut secundum monita beatissimæ Matris eius in omnibus ordinari. Dum igitur aliquando, occasione accepta, ipsum super hoc facto familiariter conuenissem; competentem excusationem non habens, coactus est dicere veritatem. Ait enim: Non temeritate aliqua, nec virium mearum præsumptione, vt creditur, nec simplicitate deceptus, (tamquam ignorans, quantum ingenij Tractatus iste requirat) opus istud aggressus sum, sed Matre Domini commonente. Ego verò, nequaquam sermonis breuitate & veritate contentus, modum reuelationis diligentius inquirebam. At ille; Videbam, inquit, & ecce, Mater Domini I E S V apparuit mihi, ferens manibus speciosam & spatiosam scutellam, in fundo \* sui parum olei continentem. Et arridens blandi-

\* Haud re-  
tè in MS.  
est legitur.

Iubetur à  
Virgine  
Matre ex-  
ponere Cā-  
ticum can-  
ticorum.  
\* Fortè suo.

ORDINIS PRAEMONST. 161  
dissimè dixit mihi : Et hîc modicum  
tibi est, vt illud exhaurias, reseruatum.  
Et adiecit dicere & docere: Quoniam  
liber Cantici canticorum diuersorum  
expositionibus pænè penitus est ex-  
haustus; hoc modicum tamen (quod  
ad similitudinem huius modici olei  
adhuc superest) à te, ad commendatio-  
nem meam, est necessarium exhauriri.  
Tantæ igitur Auctoris commonitio-  
ne, & tantæ commonitricis auctori-  
tate confusus, mihi importabilem as-  
sumpsi laborem; magis eligens igno-  
rantia hominum, quàm Matri Do-  
mini displicere.

#### CAPVT L.

*Quòd scribens non est visus à Fratribus.*

**E**VESTIGIO est testimonium sub-  
nectendum, valdè mirabile dictu,  
& ad credendum difficile; sed est non  
vnus solus huius veritatis assertor, vt  
in ore duorum vel trium testium fi-  
dem